

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1612

19 De tertia conditione ad praescriptionem necessaria, videlicet qui poßint
vsucapere, seu praescribere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14014

De tertia conditione ad Prescriptionem necessaria, videlicet. Qui possint usucare, siue prescribere.

C A P. XIX.

PRIMO queritur, An omnes homines prescribere possint? Paulus in *I. Sequitur de Usucacionibus*: [Usucapere, inquit, potest scilicet paterfamilias, & filius familias, & maximè miles acquisitionis in causis usucapiet.] Sensus est: Posse usucapere eos, qui possidere queunt, videlicet ciuiliter, non autem naturaliter dumtaxat: dominum enim eius possessione non acquiritur: & ideo dixit Paulus usucapere posse partem familias, videlicet quia sui iuris est, & suo nomine possidere potest. Dixit etiam usucapere filium familias, & maximè militem, quia filius familias bona adventitia, quod attinet ad proprietatem, potest suo nomine possidere, quamvis ususfructus in eis patre acquiratur. Si vero filius familias fuerit miles, bona castralia, vel quasi castralia potest suo nomine possidere, cum quatenus in proprietate, tum etiam quatenus in ususfructu consistunt: ideo potest ea usucapere, siue prescribere.

Secundo queritur, An pupillus usucapere possit? Respondeo idem Paulus *loco citato*: [Pupillus si tutori auctore coparet possidere, usucapere. Si non tutori auctore possidet, & animus possidendi habet, dicimus, posse eum usucapere.] Sensus est, omnem pupillum, etiam infans, si auctoritate tutoris coparet alienum bonum fide possidere, posse id usucapere: At vero si rationis compos sit, potest usucapere etiam sine auctoritate tutoris, quia ut dicit Martianus in *I. Pupil. ff. de Acquires rer. dom.* [Pupillus quantum ad acquirendum, non indiget tutoris auctoritate.]

Tertio queritur, An furiosus usucapere, vel prescribere possit? Respondeo, idem Iurisconsultus: [Furiosus quod ante furem possidere caput, usucapere. Sed & persona ita demum usucapere potest ex ea causa possidet, ex qua usucatio sequitur.] Sententia Iurisconsulti est: Si furiosus, dum sua mentis compos est, coparet bonam fide rem alterius possidere, usucapere in furore, quia per furem non definit possidere, ac proinde in furore possidere continuatur, non interrupitur. Dum vero actu, rationis est impos, potest usucapere, si videlicet tutoris, vel cursoris auctoritate coparet.

Quarto queritur, An seruus usucapere possit? Respondeo, cum eodem Iurisconsulto, seruum pro herede non posse possidere. Vult dicere Paulus, seruum non posse usucapere, res quia non sibi, sed domino acquirit, & ideo non suo, sed domino nomine potest aliquid possidere, & ita non sibi, sed domino usucapiet. At vero pro herede, hoc est, iure hereditario nunquam potest usucapere. Et ratio est, quia haeres institutus, vel iussu domini, vel absque eo adit hereditatem. Si primum, non ipse possidet, nec usucapit, sed dominus per eum. Si secundum, tunc nihil facit, unde nec sibi, nec domino acquirit hereditatem. Et hoc est, quod Iurisconsulti dicunt, hereditatem nullo tempore momente penes seruus esse, quia videlicet, vel statim acquirunt domino, vel nunquam.

Quinto queritur, Qui int generatim, qui prescribere possunt, aut non possunt. Respondeo, quoquot suo nomine possidere queunt, posse prescribere, non autem eos, qui alicui nomine possident, cap. si diligentis de *Præscript.* Unde nullo inquam tempore, qui rem preclaro possideret, vel haberet, usucapere potest. cap. Quia cognovimus, 10. qu. 3. & cap. Clerici, 16. q. 3. Nec Colonus eodem cap. Clerici: nec usucapit. Eclarus, *Institut.* Per quis personas nobis acquiritur, §. ususfructus, non nec creditor, quod attinet ad pugnus. l. nec credores. C. de pugnat. act. ex quo sit, vt nec qui in emphyteusim, nec qui in feudum rem accepit, nec conductor, nec qui rem apud se depositam, vel commodatam habent, possunt aliquo tempore rem ipsam acceptam prescribere, quia nou. 40, sed alieno nomine possident.

De quarta conditione Prescriptionis, scilicet qua res prescribi possint, vel non possint.

C A P. XX.

PRIMO queritur, An non solum res corporales, sed etiam incorporeas, cuiusmodi sunt seruitutes, actiones, & iura prescribi queant? Respondeo, generatim posse prescribi omnia huiusmodi. Ita colligitur ex cap. Ad aures de *Prescription.* & l. Sicut in rem, de *Prescription.* trigesima, vel quadragesima annorum, nisi aliquid horum prohibetur expressè. Objetio: Incorporalia possident non possunt, ergo nec usucapi, aut prescribi. l. Seruitus prediorum, ff. de *Seruit.* Respondeo cum Gloffa l. Seruites prediorum, modo citata. Incorporalia non possident, at quasi possident. *Institut. de Usufructu.* §. Constitutus. & l. vlt. ff. de *Intrinseca. auct. priua. l. Regulariter. ff. de Petit. hered. & l. 2. ff. Communia prediorum.*

Dubia questionis est, An omnes seruitutes prediorum prescribi possint, gloffas in l. Seruit. predicta, in verbo, Certum, respondet: Si seruitus habet causam perpetuam, aut quasi perpetuam, prescribi potest: perpetuam causam habet seruitus attollendi altius edificium, vel immittendi riguum in pacientem vicini. l. 1. ff. de *Seruit.* urbano predior, quasi perpetuam habet sufficidum auerterend in rebus, vel aream vicini. Hæ virtutes prescribi queunt. l. 2. C. de *Seruit.* Si seruitus non habet causam perpetuam, aut quasi perpetuam, non potest usucapi, vt dicit in l. Seruites, Superius allegata. Tales seruitutes sunt iter, via, aedes, aqua haustus, appulsus peccoris ad aquam, & non prescribuntur nisi lapsum temporis, cuius iniit memoria apud homines non sit. l. 1. vlt. ff. de *Aqua pluvia. arcen.* & l. Hoc iure. §. Ductus. ff. de *Aqua quotid. & effusa.*

Eadem Gloffa subiungit: Quamvis seruitutes prioris generis prescribi non possint; si quis tamen dicat, talem seruitutem sibi debet, aut sibi esse constitutam ex causa, sive titulo, nec id possit probare testibus, aut instrumento: sed conjectura tantum, quia sit visus seruitute prædicti vici in domino sciente, & non contradicente per decem, aut virginis annos: tunc seruitus probabiliter iudicatur constituta ex causa, quæ præcessisse videatur. *Ad finem, ff. de Aqua pluvia. arcen.*

Secundo queritur, utrum prescribi queant res, vel loca religiosa, & sacra, aut sancta, aut iura ecclesiastica, sive spiritualia. Respondeo, res, vel loca sacra, religiosa, vel sancta prescribi non posse. *Institut. de Usucap.* §. 1. quia tales res ex semper sunt a commercio hominum. Si vero res sacra fieret ruris profana, veluti si capiatur ab hostibus, posset usucapi, l. Ciam loca. ff. de Religio. & sumptu. Iura ait enim spiritualia, & Ecclesiastica à laici prescribi non possunt, quia ea possidere, vel quasi possidere nequeunt. *Cassian.* de *Præscript.* Unde etiam mille anni transierunt, laici talia iura, veluti deciminarum, primariaum, oblationum, prescribere non valent. Ioan. Andreas cap. 2. de *Præben.* in 6. quia talia iura in laicos cadere nequeunt, ac proinde non possunt inquam laici prescribere nisi cognoscendi, & iudicandi causis Ecclesiasticis, vel Clericorum.

Tertio queritur, An ius Patronatus, quo videlicet quis nominat, & ostendit Clericum promouendum ad aliquam Ecclesiam, possit à laico prescribi? De hac questione Coquartius in Regal. *Posse malae fidei p. 4. §. ii. numer. 1. 79* seqq. Respondeo, in Ecclesia libera minime, quia est ius Ecclesiasticum, & quasi spirituale. Ita Archidiaconus, Ioan. Andreas, Panormitanus, Cardinalis Alexander, Felinus, Deicus apud Couenantum loco citato; vbi etiam dicit hanc communem esse sententiam. Dices, In laicis etiam ius patronatus cadit, ergo potest prescribi à laicis. Respondeo, non esse dubitandum, quia laicus possit habere ius patronatus in Ecclesia, quam ipse fundaverit, edificaverit, vel dotauerit, quia tale ius Ecclesia laicus tribuit, vt patet ex titulo de iure patronatus, & potest etiam privilegio Ro-

manu